



Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitivm Perfectionis, Et Virtvtvm Christianarvm

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

Cap. XXI. Vt quis ab hominibus existimetur, & magnifiat, certissimam viam esse, se virtuti & humilitati dare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40093

tione & duplicitate corda allicit. Lapis Magneſ est humilitas, quæ corda ad se trahit, videntur omnes humilem in vice-ribus condere velle.

*Humilitas
sapientia,
superbia
stultitia.*

1 Cor. 1.23.

Vt tandem aliquando finiamus, & ostendamus, stultitiam esse hominum laudes, & existimationem venari, facit hic S. Bernardus dilemma, seu cornutum argumentum, quo concludit: Vel fuit stultitia, quod Dei Filius tam se demiserit & abiecerit, & elegerit contemptus & virtuperia; vel magna est nostra stultitia, quod tam honores & existimationem ab hominibus aucupemur: non illud Dei Filij factum stultitia fuit, nec esse potuit, quamuis mundo ita visum fuerit, ut dicit S. Paulus: *Nos autem predicamus Christum crucifixum: Iudeis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Ipsis autem vocatis Iudeis atque Grecis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam.* Cœcis & superbris Gentibus Christi factum stultitia videtur, nobis vero fidei luce illuminatis summa videtur sapientia & infinitus amor. Si ergo illud fuit summa sapientia, nostrum sane factum stultitia esse debet, & nos stulti sumus, tanti honores & mundi existimationem facientes.

CAPUT XXI.

*Vt quis ab hominibus existimetur,
& magnificat, certissimam viam es-
se, se virtuti & humilitati
dare.*

Eccles. 41.15.

SI omnia dicta non sufficiant, ut fugias stulos & honoris desideria, & existimationis; sed dicis magnum esse, si apud homines in magno sit quis honore & opinione, & cum Poeta dicas: Pulchrum esse digito monstrari & dicier hic est, & quod plurimum ad ædificationem & alia faciat, & quod Sapiens moneat, ut curemus, ne hoc perdamus: *Curam habe de bono nomine; assentior quidem, & concedo,* ut bonum nomen tueare, quod habes, & *ut magni ab hominibus fias, tamen hoc affirmo, te multum in modo illud asse-*

quendi, quodque tibi proponis, errare, nunquam enim, quod deficias, hactenque assequeris, sed potius contrarium. Certa enim & secura via, per quam sine dubio & periculo ad hominum exilium, existimationem peruenitur (dicit S. Chrysolom), est virtus & humilitas. Stude valde bonus esse religiosus, & omnium minimus & humillimus, & eiusmodi in modo tuogendi, & offerentibus se lese occasionibus videri; & sic magni fies & existimatibus omnibus. Hic honor Religiosi est, quicunque culū deseruit, cui gratiore in manu suā scopæ, & in corpore vilis vestitus, & humili & abiectum officium, quam nobilis equus & arma: & contra illi magnum est dedecus & ignominia, velle existimari & magnificari ab hominibus: ut magno illi virtuo verteretur, si religione deserta ad loculum redire, & iure ab hominibus nederetur. *Quia hic homo ceperit edificari, & non potuit consummare.* Sic est velle & desiderare ab hominibus magnificari & existimari, hoc enim est animo ad faculum redire, cum hoc sit, quod plurimum mundo fiat, & quod fugisti & deseruisti, dum te religioni dares.

Num manifeste & clare videre deliras, quam indecorum & ignominiosum sit ei, qui perfectionem profiteretur, honores & hominum existimationem venari, fac desiderium hoc lucem videntur, ut alij videant te id studere, profectissim aduertes, quam tibi id indecorum & dishonestum sit, alios id intelligere. Habetus huius in Euangelio insigne exemplum.

Narrant Euangelista, Apostolos quidam vice cum Christo Seruatore nostro profectos fuisse, aliquantulum tame ab eo semotos, ut putarent se ab coruino non posse, & disputabant, & inter se contendebant: *Quis eorum videretur & semior? dumque Capharnaum venirebatur, quærebatur ab ijs Christus, quid fuisse, de quo in via egissent?* Refert Euangelium, illos ita erubuisse, quod contentionem & ambitionem suam in lucem venisse adueterent, ut nec verbum quidem posse.

Act. 2.31. ferre possent: At illi facebant, siquidem in via inter se disputationerant, quo eorum maior esset. Ex quo Saluator mundi occasione captata dicebat illis: Discipuli mei inter mundanos, & eos qui leges sequuntur, & qui dominantur & mandant, magnifici vocantur: *Vos autem non sicut sed qui maior est in vobis, sicut sicut minor, & qui præfessor est, sicut ministrator:* nam in schola mea contrarium fit. & maior minor esse debet, & omnibus seruire. *Si quis vult primus esse, erit omnium nonius, & omnium minister.*

In Dei domo & Religione se humilieare & abieciat esse, magnum est esse & si quis se omnium minimum facit, illum magnifici & æstimari facit pluris, quam alios. Hic in Religione honor est, alter ille, quem tu ambis, non honor, sed de-
deceus est, & eo quo te magnifici autu-
mas, vilipenderis & contemneris ab o-
mnibus, omnes enim te pro superbo ha-
bent, que abiectione omnium maximam. In nulla plus danni incurres, nisi si sciat
te optare, ut ab hominibus extollaris, &
plurimi ducaris, & quod parua attendas,
& minuta tibi cordi sint.

Ideoque recte aiebat sanctus Ioannes Chimaicus, vanam gloriam sepius suis i-
gnominiae causam fuisse, quod in qua-
dam illos incidere fecit, quibus vanita-
tis etorum & ambitione manifestata, ma-
gnam sibi vituperationem & confusio-
nem pararent. Non aduertit superbus,
quod in dictis & factis, quibus æstimari
vult, inordinata superbia & cupiditas ape-
natur, sive unde ipse existimationem
venabatur, dedeceus & ruborem conse-
quatur. Atque sanctus Bonaventura sic
hominem lumine orbare, ut dum maiori-
re superbia tumet, minus se cognoscat,
& ideo luminae caecus facit & dicit super-
bus huiusmodi, quæ etiam nec Dei, nec
virtutis habita ratione, sed solum hono-
ris & existimationis, quam ambit, nul-
lomodo faceret, nec diceret. Quoties
accidit, quam dolere & queri, sur in ali-
quo non habitam rationem, vel alium si-
bi præpositum, sibique persuadere, id ad-

se pertinere, & sibi iniuriam factam, &
sibi id virtio & ignominiae verti, aliosque
id dedecus suum & contemptum acce-
pturos. Hocque colore & titulo cordis
amaritudinem & cupiditatem prodit,
hocque ipso contemptum sibi parit: nam
superbus habetur, & qui honores ven-
tatur; quod in Religione valde execrabi-
le. Si vero in huiusmodi negotio diffi-
cillasset, nec se ingessisset, sed superiori-
bus liberum de eo statuendi arbitrium
reliquisset magnum sibi honorem acqui-
suisset, & valde ab omnibus fuisset resti-
matus.

Vnde liquido apparet, quod quantum-
vis via spirituali non fieret, sed pruden-
tiæ lege & recto iudicio imo & mundi le-
ge, certam & veram ad gloriam & exis-
timationem & hominum amorem & be-
nevolentiam viam esse, vere virtuti stu-
dere & humilitati.

Hinc & Agesilaus, Lacedæmoniorum *Agesilaus.*
Rex, & inter eos sapiens habitus a Socrate
rogatus quid faceret, ut omnes bonam
de eo opinionem & sententiam haberent; re-
spondit: *Si talis esse studeas, qualis habe-
ri vis.* Alias idem rogatus, respondit:

Siloquaris, qua sunt optima. Eas facias, qua sunt honestissima. De alio Philosopho re-
fertur, quod magnum habuerit amicum,
qui de eo semper, omniq[ue] oblate occa-
sione multum boni referebat, quique
quadam vice docebat, multum Philoso-
phum illi debere, quod vnde virtutes
eius prædicaret & laudaret. Respondit
Philosophus: *Quod debeo, viuendo sol-
uo, ut nunquam in nullo, quod de medi-
camentariis.*

Non hæc ideo dicuntur, ut nos ideo
virtuti & humiliati applicaremus, quo
ab hominib. magnificamus & æstimemur,
hæc n. superbia & magnus abusus esset. Hoc
solū dicimus, si vere, sincere & exanimō
studes humiliare esse, te magni ab omnibus
ducendum, quamvis id tu non optes, sed
quo plus honorem & existimationem fu-
gires, & contemni desiderabis; tanto ille
te plus sequetur, est enim ut umbra, quæ
corpus sequitur. *Sanctus Hieronymus*

S. Pau-

Hieronymus. S. Paula loquens, ait: Fugiendo gloriam, gloriam merebatur, qua virtutē quasi umbra sequitur, & appetitores sui deferens, appetit contemptores.

riorem animae pacem parandam, & sine illa eandem nunquam haberi.

Luc. 14.8. Hoc medium Christus Servator noster in Euangeliō docet, dum modum in loco & accubitu honoratiōe obseruandum in congregationib⁹ describit, dum ait: Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, & veniens is, quite & illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco, ut cum venerit, quite inuitauit, dicat tibi: Amice ascende superius: tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Quod idem est, quod S. Spiritus an-

Trou. 25.6. te per Sapientem dixerat: Ne glorio/us apparet coram Rege, & in loco magnorum nesteris: melius est enim, ut dicatur tibi: Ascende hic, quam ut humilioris coram Principe. Et parabolam claudit, dicens: Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Nonne aduertis, non tantum apud Deum, sed & homines humilem, qui infimum & abieictum locum eligit, magnificeri & extolli, & superbū, qui primum locum, & optimos honoratoresque accubitus appetit & desiderat, contemni & paruifieri. Exclamat & dicit S. Augustinus: Osanda humilitas, in eterno.

quam dissimilis es superbia: Ipsa superbia, Fratres mei, Luciferum de celo dedit, sed humilitas Filium Dei incarnauit: ipsa superbia Adam de paradiſo expulit, sed humilitas Latronem in paradiſum introduxit: superbia Gigantum linguas diuīst & confudit, sed humilitas cunctas congregauit dispersas: superbia Nabuchodonosor in bestiam transmutauit: sed humilitas Ioseph Principem Israel constituit: superbia Pharaonem demerit, sed humilitas Moysēm exaltauit.

CAPVT XXII.

Humilitatem medium esse ad inte-

DISCITE a me, quia misericordia mea in omnibus cordis & inuenientis requiem animab⁹ vestris. Vna p̄cipuarum & efficacissimarum rationum, qua inuenienti potest, ut animum sumamus ad honores & mundi existimationem contemnendam, & humilitatem colendam; hac est, quam Christus his verbis proponit, hoc vnicum esse medium, ad interiorē animæ pacem & quietem parandam: quod tam in spiritualibus expetitum, & à S. Apostolo Paulo inter S. Spiritus fructus possum: Fructus autem spiritus pax. Vt autem exactius pax & quietes, qua humilis fruui, cognoscatur, consultum fuerit indagare inquietem & turbationem, qua superbi cor exagitatur: contrarium enim per contrarium melius noscitur. Plena effecta Scriptura sententiarum, impij pacem non esse: Non est pax impius, dicit Dominus. Pax, pax, & non erat pax. Contraria & inlicitas in viis eorum, & viam pacis naufraguerunt. Nesciunt, quid sit pacem habere, & quamvis exterius videantur habere, non tamen vera illa pax est, nam in corde bellum habent, quod propria ipsis infert conscientia. Ecce in amaritudine mea amarissima. Impii semper in amaritudine vivunt, sed singulariter superbii semper in quietem & turbationem habent. Ratio huius ex S. Augustino colligi potest, qui dicit, ex superbia fraternali inuidiam, vt legitimam eius filium, sine qua mala filia nunquam esse posset. Quibus duobus malis, hoc est, superbia & inuidentia Diabolus Diabolus est. Unde intelligere datur, quid in homine male multum haec operentur, cum sufficiat ut Diabolus Diabolum faciant. Nam qui vna ex parte superbia repletus, & nihil ipsis cordi, quam honor & existimatio, & videt omnia illi ad votum non cadere, & altera ex parte etiam inuidia plenus est, quod superbia filia & individua come-